



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

50. Carnali cognationi pr[a]efertur spiritalis, vt matri & fratribus, verbi
Diuini cultores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 50. Carnali cognationi præfertur Spiritalis, ut matri & fratribus
verbi diuini cultores, Matth. 12. * 49, Marc. 3. * 49. Luc. 11. * 49.

S. Mattheus.

ADhuc eo lo-
quente ad tur-
bas, ecce ma-
ter eius & fra-
tres stabant foris,
quærentes loqui ei.
Dixit autem ei qui-
dam, Ecce mater tua
& fratres tui foris
stant quærentes te.
At ipse respondens
dicenti sibi ait, Quæ
est mater mea, & qui
sunt fratres mei? Et
extendens manum
in Discipulos suos,
dixit, Ecce mater
mea & fratres mei.
Quicumque enim fe-
cerit voluntatem pa-
tris mei qui in cælis
est: ipse meus frater
& soror, & mater
est. * 51.

S. Marcus.

ET veniunt ma-
ter eius & fra-
tres: & foris
stantes mise-
runt ad eum vocan-
tes eum, & sedebat
circa eum turba: &
dicunt ei, Ecce ma-
ter tua & fratres tui
foris quærun't te. Et
respondens eis, ait,
Quæ est mater mea
& fratres mei? Et cir-
cumspectus eos qui
in circuitu eius sede-
bant, ait, ecce mater
mea & fratres mei.
Qui enim fecerit vo-
luntatem Dei, hic
frater meus, & soror
mea, & mater est.
* 51.

S. Lucas.

FActum est autem:
cum hæc dice-
ret, extollens
vocem quædam
mulier de turba di-
xit illi, Beatus venter
qui te portauit, &
hubera quæ suxisti.
At ille dixit, Quin-
imò beati qui audi-
unt verbum Dei, &
custodiunt illud. * 49.

Cap. 8. * 51.

Venerunt autem
ad illum mater & fra-
tres eius; & non po-
terant adire eum præ
turba. Et nuntiatum
est illi, Mater tua &
fratres tui stant foris
volentes te videre.
Qui respondens, di-
xit ad eos, Mater
mea & fratres mei,
hi sunt qui verbum
Dei audiunt & fa-
ciunt. * 30.

S. Iohannes.

CAP. 51.